

**8093** L. Ovinus Curius Proculus Modianus | Afrikanus cos. heroum<sup>1</sup> coeptum | in honorem Claudianae Eusebiae c. m. f.<sup>2</sup> | suae necessaria tutela muneitum perfecit | ad memoriam L. Ovini Afrikani c. m. p. ne|potis et suam.

*Romae* (VI 4479 vidit Henzen; cf. Hübner ex. scr. epigr. 510). — 1) *Heroum etiam supra N. 4924* (?), *infra N. 8250*; VI 42405. — 2) *Clarissimae memoriae feminae*.

**8094** d. m. | Aurelius Hermias Aug. lib. | proc. k.<sup>1</sup> heroum maceria | cinctum cum superficie (*sic*) | insulae comparavit | sibi posterisque suis | itemque libertis libertab.

*Romae* (VI 8511 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Procurator kastrensis*.

**8095** Corneliae L. fil. Florae uxori rarissimae | L. Marcius Ferox vir eius in solo quod ei | splendidissimus ordo concessit mauso|laeum consecravit.

*Tipasae Mauretaniae* (VIII 9293 vidit Wilmanns).

**8096** d. m. s. | Q. Gargilio Campano coniugi dulcissimo mausoleum operae (*sic*) | quadratario secundum verba testamenti eius super **HS XVI** n., qua<sup>1</sup> | dependi mandaverat, additis de suo **IS VIII** n., Gargilia Pacata | marita a solo omnibus inpendis suis extruxit itque infra tem|pora testamento praefinita dedicavit. Pr. **CLXXXXIII**<sup>2</sup> VIII id. Aug.

*Auziae in Mauretania* (VIII 9109 vidit Wilmanns). — 1) *Scr. quae.* — 2) *A. p. Chr. 235* (cf. supra N. 6876 not. 1).

**8097** d. m. | have Cl. bene valeas! | Ti. Cl. Firmo prin.<sup>1</sup> | leg. III Aug. | vix. an. LX, | Claudia Rufa cum | libertis et heredes | eius patrono | b. m. f. | Nam maesolaenum | Romae in praedis | suis | ex **HS L** m. n. | factum est.

*Lambaese* (VIII 2844 cf. p. 4740 vidit Wilmanns). — 1) *Principi* (cf. supra N. 2449 cet.).

**8098** d. m. | Iuliae Heliadis | Sex. Iuli Callisti | et Iuliae Nicés filiae, flaminic. Aug., | quae vixit annis | XXV mēnsibus II, | Iuliae Heliane et | Callistate corpus | sororis anima sua | sibi carioris ab | urbe adferri | curaverunt et | sarcophago in|tra maesolaenum | condiderunt.

*Lugduni* (XIII 2181 vidit Hirschfeld).

**8099** d. m. s. | Nampha|mo Homul|li fil. sibi | et uxori | moesoleum | [*fecit*] usque | ad murum | [*p*]ublicum | et [*s*]emitam vi|cinalem.

*Mograwa prope Mactorim Byzacii* (VIII 688 cf. p. 4229 vidit Wilmanns).

**8100** d. m. s. | L. Attius Nisus | vixit annis LII | mens. I dies V, | h. s. e. S. t. t. l. | Hoc misolio | sub ascia est<sup>1</sup>.

*Ossonobae (Faro) in extrema Lusitania* (II S. 5144 descr. Statius da Veiga homo accuratus). — 1) *Cf. XIII 2494*; hoc opus sub ascia est; *praeterea N. 8144 not. 5*.

*Maesolea praeterea infra N. 8101. 8578. 8580.*